



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

930 An, & quanto tempore præscribatur unio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

ut possessio capta sit fructuosa, sive ut fructus uniti beneficii percipiatur, sed ante eorum perceptio-  
nem sortita dicitus unio effectum. Castr. loc. cit.  
Corrad. cit. n. 30, fundo n. 31. Garc. loc. cit. n. 290.  
citans Practicab. Rota, eadem union, in fine. & Decis. Ro-  
tae in Perusin. benef. 1. April. 1596. in qua resolutum,  
quod unio facta de Ecclesia, seu beneficio de licen-  
tia beneficiati reservantis sibi fructus, statim sorti-  
tur effectum capta possessione ante fructuum  
perceptionem, ita ut non revocetur per Regulam  
Cancell. revocatoriam supervenientem durante  
ad huc reservatione fructuum. Contra Mandos. loc.  
cit. n. 3. & Rot. in Tolestan. benef. 20. Nov. 1592.

5. Respondeo quinto: Num vero sufficiat pos-  
sessio litigiosa, an requiratur pacifica, non con-  
venit inter AA. Primum affirma. Garc. loc. cit.  
n. 292. secundum tener Castr. loc. cit. et quod,  
ut ait, possessio litigiosa vera possessio non sit, nec  
ius concedat percipiendi fructus: adeoque dum  
jus & Regula Cauell. ad hoc, ne uniones revocari  
possint, requirit, ut effectum sortita sint, loquitur  
de vero effectu.

**Quaestio 929. An. & qualiter unio facta  
presumatur validas.**

1. Respondeo primo: Unionis facta validitas  
in dubium revocari non potest post lapsum  
temporis immemorialis, quo fuit observata. Tond.  
q. benef. p. 3, c. 136, n. 2.

2. Respondeo secundo: Praesumptio unionis  
resultat a longissima observantia. Card. de Luca  
de Paroch. d. 37. n. 8. Unionem factam ab Episcopo  
esse de consensu Capituli, etiam dum in unione  
non enunciatur hic consensus, praesumitur ex di-  
turnitate temporis. Mascard. de probat. concl. 387.  
v. 4. & concl. 1322. n. 9. cum Decio, Tirraq. & aliis  
apud Garc. cit. c. 2, n. 178. Et sic intervenisse di-  
cunt consensum, aliasque solemnitates, adeoque  
validè factam esse, ex dicta temporis diurnitate  
praesumti, tradit Hojeda de incomp. p. 2, c. 3, n. 9.  
apud eundem Garc. in fine cit. n. 178.

3. Respondeo tertio: consensum Capituli,  
etiam in unione non enunciatum, aliasque solem-  
nitates ad unione, vel actum alium requisitas in-  
tervenisse in unione, aliòve actu, adeoque unio-  
nem, aliòve actuum esse validum, recte praesumit-  
ur ex lapso, non solum centum aut quadraginta  
annorum, ut Tond. cit. c. 156. n. 9, sed & triginta  
annorum (non tamen minoris temporis) cum pos-  
sessione & observantia unionis, alteriusve actus  
per totum illud tempus continuata. Garc. loc. cit.  
n. 178. citans prater Nav. conj. 38, n. 7. de sent. ex-  
com. Menoch. de success. resolut. §. 5. n. 38. Caſſad.  
Decis. 3. de Procurat. Eman. Sa. v. solemnitatis antiquo  
actu. Felin. in c. Albericus. n. 4. de refib. & in c. illud  
de præscrip. n. 8. Alciat. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt.  
10. n. 7. Balbum. de præscrip. p. 3. p. 1. q. 10. n. 10.  
Aymon. de antiqu. temp. p. 3. f. 1. a. n. 6. Menoch.  
de præsumpt. l. 2. præsumpt. 7. n. 24. Simoncell. de  
Decretis. l. 3. rit. 7. n. 34. & alios docentes, quod  
quando agitur de gravi prædictio alterius, præsu-  
matur solemnitas non enunciata ex lapso non  
minoris temporis, quam tringinta annorum, & quos  
intelligendos ait Garc. cum dicta limitatione, ni-  
minimus possessionis, & observantie continuata  
toto illo tempore: traditique idipsum Card. de  
Luca de Paroch. d. 35. n. 11. dum ait: omnes isti deſer-  
tus (intellige consensus, aliarumque solemnitatum)  
remanent sanati à longissima pacifica obſervantia; si

enim in terminis vere alienationis requirentis necessaria  
beneplacitum apostolicum, receptum est, sufficiere obser-  
vantiam tricentalem, multò magis intrat preūmprio  
in huiusmodi minoribus solemnitatibus (intellige) requi-  
situm ad unione. Stabilitate idipsum pluribus  
Rota Decis. Garc. cit. n. 179. contra Alex. conf. 219.  
n. 13. & 22. & seq. & alios apud Garc. n. 178. volen-  
tes ad talem præumptionem sufficere tempus lon-  
gum decem annorum, si concurrat possessio & ob-  
servantia unionis cum scientia & patientia adver-  
sarii. Item contra Aymon. Simoncell. Menoch.  
ll. cit. apud Garc. cit. n. 179. in quantum volunt,  
etiam sine possessione sufficere illos triginta an-  
nos. Item contra Flores de Mena q. 23. n. 94. &  
95. apud Garc. n. 186. in quantum docet, solemni-  
tatem necessariam eriam enunciata in scriptura,  
de qua non constat in scriptura separata, vel de  
qua Tabellio fidem non facit in rebus Minorum,  
Ecclesiasticis, & aliorum, qua siue solemnitate aliena-  
ri non possunt, non præsumi, etiam si possessio  
tricentalis, vel quadragenalis sit, nisi possessio reo-  
rum sit admodum antiqua, & immemorialis, vel  
centenaria, aut magis & minus, & dummodo, si  
non est ultra centum annos, fama tituli, aut alia  
indicia arbitrio Judicis relinquenda concurrant.  
Neque constitutandam esse differentiam (quam ta-  
men communiter constitutum DD. alii) inter ti-  
tulum & solemnitatem necessariam & essentiale  
præsumendam; sed ad illam præsumendam non  
minorem probationem, aut minores conjecturas,  
quam ad præumptionem tituli requiri.

4. Limitat ramen eriam responsionem ipse  
Garc. n. 188. ita ut præumptioni dicta locus non  
sit, ubi ex instrumento apparet contrarium, nempe  
non intervenisse solemnitatem in unione actuve  
alio alias requirantur: pro quo citat Aymon. loc.  
cit. limit. 7. n. 27. Surd. de alment. iit. 8. privileg. 22.  
n. 10. Mieres de Majorat. p. 4. q. 20. n. 28. Item De-  
cisions aliquot Rota, in quibus resolutum, quod,  
dum ex instrumento constat, solemnitates non esse  
servatas, cellet præsumptio, qua alias ex lapsu  
temporis oriri potuerit, ut Paul. conf. 81. l. 2. Alex.  
conf. 1. l. 4. Gabriel concl. 1. de præump. n. 57. Et  
juxta hanc intelligendum illud, quod post quod-  
cumque temporis lapsum de nullitate unionis op-  
ponit posse, tempore ut locum habeat, si ex inspe-  
ctione actorum constaret consensum, aut interesse  
habentium in ea non intervenisse, vel alia requirata  
in ea deficeret. Tond. loc. cit. n. 7.

**Quaestio 930. An. & quanto tempore pre-  
scribatur unio?**

1. Respondeo primo: Posse prescribi. Garc.  
p. 12. c. 2. n. 231. citans Pet. de Perus. de union.  
c. 4. n. 31. & 32. contra Hoffensi. in c. quoniam. de  
vita & honest. Clericor. apud Garc. n. 230. dicentes,  
nulla temporis diurnitate induci unionem. Item  
contra Boer. Decis. 345. n. 6. & Caſſad. apud Garc.  
ibidem docentes, solum tempus quadraginta annorum  
sufficere ad præsumptive probandam unio-  
nem. Supponuntque id ceteri fere AA. dum que-  
runt, quanto tempore prescribatur. Hinc

2. Respondeo secundo: In prescribenda unio-  
ne requiritur vel quadragenaria (intellige ef-  
fectuatio & observantia unionis, seu possessio, qua  
beneficium tale sine collatione tanquam unitum  
possessum fuit) cum titulo, intellige, ut etiam suf-  
ficiat coloratus, seu putativus, dans causam præ-  
scribendi, ut Garc. cit. n. 231. & ex eo Tond. loco  
pauid

Paulo post citando n. 10. & 11. citans etiam pro hoc Boerium Decis. 345. n. 5. & Rotam decis. 223. n. 5. in fine. p. 1. recent. uti hoc ipsum tradit Card. de Luca ad Trid. d. 8. n. 31. hisce exprellis: *Si ad sic unionis titulus explicitus, qui de frista juris censura invalidus, & alias inefficax dici mereatur, quadragenaria verò, vel major pacifica observantia accedit, tunc id sufficit, nisi titulus adeo infectus sit, ut malam fidem positam ita inducat, ut prescritionem impedit.* Item Lott. l. 1. q. 28. n. 105. Vel sine titulo immemorialis (intellige, cum aliis requisitis ad prescritionem à Gl. in c. 1. de prescrip. in 6. ut Garc. n. 238.) ita tenent Lott. loc. cit. ubi: *ob magnam juris resistentiam circumscripto titulo vero, ac patente (hoc est, praescindendo a titulo vero) necessaria est, vel immemorialis, vel quadragenaria cum titulo patavio.* Garc. cit. n. 238. sic resolutum inquiens à Rota in Aquitanen. benef. 29. April. 1602. Castrop. de benef. d. 6. p. 12. §. 4. n. 3. Tond. qq. benef. p. 1. c. 156. n. 10. citans Mascard. de probat. concl. 1418. n. 11. Chok. ad reg. 21. de unionib. ubi: *sufficit allegare ejusmodi prescritionem unionis (nempe quod Ecclesia, seu beneficium tanquam unitum possesse fuerit à tempore, cuius in contrarium non exstat memoria) absque alia tituli probatione, alias in prescritione non immemoriali, seu quadragenaria titulus aptus ad prescribendum allegandus est, ut Farinac. de novis Rota Decisionib. decis. §8. n. 1. p. 1.* Et de hac quadragenaria, nempe cum titulo, intelligendus est Card. de Luca de Paroch. d. 35. n. 12. ubi ait: *Unio, qua in jure odibilis reputatur, prescrivitur, seu firmatur per observantiam quadragenariam.* Item de benef. d. 48. n. 14. ubi ait, quod unio prescribatur per quadragenariam, pacificam possessionem abque alia justificazione, citatque pro hoc Seraph. decis. 1432. n. 4. Buratt. decis. 734. n. 6. & Rotam decis. 433. n. 6. & 7. p. 9. recent. Plura de hoc punto post, ubi de probatione unionis.

3. Limitat hanc responsonem Garc. n. 239. ut procedere tantum videatur in unione accessoria & extinctiva tituli: secus in unione a quæ principaliter facta, in qua quodlibet beneficium manet in suo statu, ac retinet nomen ac iura sua, & solum agitur, ut unus Rector sit utriusque, & sic non ita resiftit jus, uti in unione accessoria: unde in ea unione a quæ principali prescribenda non si necessaria immemoralis, aut quadragenaria cum titulo; sed sufficiat quadragenaria sine titulo, cum bona fide tamen; & sic sit, videri velle Rotam. in Tirason. juris presentandi. 16. Martii. & 16. Octob. 1594. quam recitat.

### Quaestio 931. An unio facta presumatur, an verò necesse habeat probari?

R Espondeo: Unio in dubio facta non presumitur, sed factam esse, probari debet ab eo, qui eam factam asserit; cum unire sit quid facti & odiosum. Card. de Luca de benef. d. 49. n. 13. & de Paroch. d. 12. n. 5. & d. 37. n. 42. (ubi etiam, quod nū proberet unio, Ordinarius habet fundatam intentionem conferendi illud beneficium, vel etiam indicendi concursum, dum, quod unitum prætenditur, est Parochiale) & ad Trid. d. 8. n. 28. (ubi etiam, quod alias, qui dicit, habet intentionem fundatam, quod beneficium, cuius unio negatur, stet de per se independenter) Barbo. juris Eccl. l. 3. c. 16. n. 60. Ventrigl. To. 2. annot. 8. §. 2. n. 35. citans Zerol. in pr. Ep. p. 1. v. unio. §. 8. Mascard. de probat. concl. 1411. per tot. Castrop. loc. cit.

§. 4. n. 3. Garc. p. 12. c. 2. n. 224. citans Mandos. ad reg. 12. Cancell. q. 7. Menoch. l. 6. pref. imp. 80. n. 1. qui tamē lue fundem eato, ut ait Garc. n. 225. id ipsum limitat, ut nou procedar, quando assertor facta unio duarum Ecclesiarum, de quarum paupertate & iuopia appetet; & quod tunc unio facta presumatur, neque Menochio adspicetur Felic. conf. 2. n. 23. quem pro se citat Menoch. is namque ibi solum dicit, quod in eo casu sit conjectura facta unionis; non verò dicit, quod ex ea sola presumatur unio. Garc. n. 225.

### Quaestio 932. Qualiter probanda unio facta?

1. R Espondeo primò in genere: Debere plenè ac concludenter probari. Card. de Luca de benef. d. 49. n. 13. Illud autem potissimum pro efformanda probatione, maximè ex admittibili, aliquis facti qualitatibus per judicem pesudans in consideratione habendum, de qua unionis species probanda agatur; ubi enim agitur de, aquæ principali, seu de ea, qua sociativa, vel coequalis dicitur; cum ista sint species magis favoritables, vel minus prejudiciales, leviores probationes admittunt; secus ubi agitur de unione accessoria & subjectiva, qua absolute odiosa confertur. Card. de Luca ad Trid. d. 8. n. 30. Sic etiam, dum non agitur principaliter de canonizanda unione, seu ad statum collationis, & pro formando statu Ecclesie, sed incidenter ad alium effectum, v.g. neganyum non tollendi unionem, vel ad effectum potius favorablem interpretandi possessionem, in qua quis reperitur, minores probationes sufficiunt. Card. de Luca de decimis. d. 11. n. 7. junctio n. 8. Garc. p. 12. c. 2. n. 280.

2. Respondeo secundò: Probari primò unionem legitimè & concludenter per ipsum instrumentum seu literas unionis. Castrop. cit. §. 4. n. 3. Garc. loc. cit. n. 226. quin & ad probandas unionem necessariò requiri has literas, tenent Aymon. conf. 258. n. 10. & 11. Mascard. de prob. concl. 157. n. 1. Zerol. in pr. p. 1. v. unio. §. 8. apud Garc. loc. cit. Esi si requiri scripturam, utpote sine qua fieri nequit unio, decidisse Rotam ex Aymone in Theanen. benef. 20. Maij. 1587. ait Garc. n. 227. Ita etiam, ut testes non sufficiant, ut Rota decis. 557. n. 4. p. 3. vers. quod tamen negant cum Caccialup. 4. 7. alt. ut patebit ex sequent. Nam ubi haec scriptura seu instrumentum unionis non comparet, puta, quis deperditum.

3. Respondeo tertio: Probari in casu deperditarum illarum literarum posse unionem per celles, qui dictam scripturam viderint. Castrop. loc. cit.

4. Respondeo quartò: Probari potest secundò unio per alia instrumenta antiqua, seu per enunciativas antiquorum instrumentorum & privilegiorum, in quibus facta unio, etiuria beneficium ut unita altriuuntur. Castrop. loc. cit. Chok. ad reg. 21. Cancell. de unionib. n. 38. Garc. loc. cit. n. 242. citans Mascard. de prob. concl. 141. 8. n. 12. Caputq. decis. 144. n. 2. & decis. 347. n. 2. p. 3. Lott. l. 1. q. 28. n. 106. ubi: *negari nequit, ex enunciative antiquissima, id est, super centum annos, unionem ipsam sufficienter probari, citat pro hoc Put. decis. 204. n. 1. l. 2. (quem ait loc. qui de enunciativa etiam supra 90. annos tantum) & resolutum dicit à Rota in Barcinon. Vitarie. 9. Feb. 1624.* Habet enim tales enunciative plurimum instrumentorum vim femor. Chok. loc. cit. Lott. l. 1. n. 108. citans Decis. Rota 163. n. 2. & 472. n. 2. & 541. n. 1. p. 1. recent. Garc. n. 249. citans Menoch conf.